

- 28 Namque nimis multos atque omni luce cadentis
cernimus, ut nemo possit maerore vacare.
Quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis.

B. Odyssea

- 29 O decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
auribus ut nostros possis agnoscere cantus?
Nam nemo haec umquam est transvectus caerula
cursu,
quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,
post variis avido satiatus pectore musis 5
doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli clademque tenemus,
Graecia quam Troiae divino numine vexit,
omniaque e latis rerum vestigia terris.

-
- 30 Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.